



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

2. Consideratio virtutis alicujus in particulari

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](#)

3. Proprietates illius & effectus, putà quod Deo nos reddat gratiore, atque, ut ipsi ad orationem præsentemur, digniores, magisque ad vitium oppositum expugnandum expeditos, quod nostrum hic in terris adaugeat meritum, gloria inque in cœlis.

*Mens non potest habere regnum* 4. Finem, quem spectat, scilicet ut illius beneficio minuatur & penitus extirpetur natura ralis illa repugnantia, quâ abhorremus à bono; virtutum, & destruantur quas experimur inclinaciones in malum.

*D. Aug.* 5. Posthæc si quis meditari voluerit de virtute aliqua in particulari, illius poterit considerare pulchritudinem atque excellentiam ex oppositione turpitudinis ac deformitatis viti contrarii: poterit & seipsum ad illius amorem excitare aliquo illius exemplo nobis à Christo Domino, B. Virginè, aut sancto quodam relicto.

6. Tandem postquam supra seipsum se reflexerit, videritque quantum in virtute illa sive profecerit, sive defecerit, illi studere amplius imposterum statuet, hujusque propositi sui efficaciter exequendi media sibi proponet. Exemplum subjicimus.

## 2. Consideratio virtutis alicuius in particulari.

**M**ansuetudo materiam suggesteret atque ailiarum omnium erit exemplum. Considerabis igitur

1. Illius naturam, putà, quod sit tranquilla quædam ac pacis plena animi æqualitas, que nullis injuriis aut offensis turbatur. Quòd sit cor

cor expers omnis amaritudinis, quod in medio  
injuriarum est sicuti *homo non audiens &*  
*non habens in ore suo redargutiones.*

Ps.37.15.

2. Causam illius effectivam, quæ est con-  
temptus sui ipsius, quisquis enim est verè hu-  
milis, hic etiam mitis est & mansuetus.

3. Illius proprietates sunt, nimiam audaci-  
am aliorum offensioni obnoxiam reprimere,  
nunquam cogitare nisi cogitationes pacis, red-  
dere pro malo bonum &c.

4. Illius effectus sunt, nos semper reddere  
tranquillos, lætos & ad loquendum de Deo  
paratos; imò & nos reddere omnibus homini-  
bus gratos & amabiles &c.

5. Finis illius est, nobis obtainere possesso-  
nem terræ viventium, juxta illam Salvatoris  
nostræ sententiam: *Beati mites, quoniam ipsi Matth. 5.*  
*possidebunt terram.*

4.

6. Quod si cum opposita comparetur ira-  
cundia, eò apparebit illa jucundior, gratior &  
amabilior, quò vitium istud est ingratius &  
horribilius.

7. Excellentissimè virtus ista eminuit in  
Salvatore nostro, Agno ab Isaia Propheta assi-  
milato: *Sicut ovis ad occisionem ducetur & Isa.58.7.*  
*quasi agnus coram tondente se non aperiet os*  
*suum.* Et Apostolus Petrus dicit: *Quod cùm*  
*malediceretur, non maledicebat, cùm patere- 1.Petr.2.*  
*tur, non comminabatur.*

28.

8. Tandem supra temet ipsum, & supra vi-  
tam tuam te reflectes, ut intelligas, quantum  
hucusq; à perfecta virtutis illius possessione ab-  
fueris, simulq; considerabis, in quibus imposte-  
rum occasionibus virtutis illius praxi amplius  
possis studere.

E 4 3. Con-